



Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

38 Praxis proponendae causae Beatificationis, seù Canonizationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

150 CAPVT

xisset quædam aduersus Episcopum Germanum , ac de miraculis , Clemens VIII. præcepit Gubernatori Vrbis , ut admoneret Collegium , quòd imposterum casus proponendos in Consistorio assumeret à Procuratore Fisci , quem ordinem postea reuocauit ad preces Collegij , iussitquè nihil innouari , prævia tamen promissione ipsius Collegij , quòd in orationibus futuris non apponenterunt tangentia Episcopos , miracula , Indulgentias , & similia , cuius rei historia enarratur *in libro Camerarij* fol. 17.

38 Hodie * verò obseruanda sunt contenta in instructione , quam Secretarius Congregatio-

nis

TERTIVM. 151

nis Sacrorum Rituum de man-
dato Vibani VIII. misit Aduo-
catis Consistorialibus , de his,
scilicet , quæ in proponendis
Causis Beatificandorum , seù
Canonizandorum loco com-
mentitarum abolitarum de-
bent imposterum obseruare .
Primò , quòd electio causarum
spectet ad dictam Congregatio-
nem , & vnicuique Aduocato
per turnum detur cedula Serui
Dei , cuius causam proponere
debeat . Secundò , quòd per
octo dies ante propositionem
causæ in Consistorio aptentur
ea , quæ Aduocatus dicere pa-
rauerit ad limites dictæ instru-
ctionis . Tertiò , De Miraculis
in indiuiduo nihil afferatur , sed

LXXXVII K 4 Ad-

152 CAPVT

Aduocatus narrando serieū vi-
tæ agat solummodo de virtuti-
bus ; de miraculis autem in ge-
nere tantum . Quartò , eidem
quoquè liceat agere de fama san-
ctitatis à die obitus usquè in
præsens , referendo asperitatem
vitæ , vigilias , orationes , ieiu-
nia , eleemosinas , disciplinas ,
aliaquè opera meritoria à Bea-
tificandis patrata . Quintò , si
militer de Populorum concur-
su ad sepulchrum , de oblatio-
nibus , ac de instantijs multi-
plicatis Principum virorum .
Sextò , pariter de gloria militan-
tis Ecclesiæ in Beatificationi-
bus Sanctorum , deque excita-
tione ad heroicas virtutes eo-
rundem exemplo . Septimò ,
quòd

quòd Aduocatus proponens ha-
beat , & teneat in manibus
Commissionem in forma si-
gnandi , ad esse etum illam re-
laxandi cui Sanctitas sua man-
dabit . Octauò , quòd Promo-
tor fidei , cùm semper esse de-
beat de Collégio Aduocatorum
Consistorialium , immunis sit à
propositione dictarum Causa-
rum ; esset enim inconueniens ,
eum , qui ratione sui officij op-
ponere debet Processibus Bea-
tificandorum fabricatis , seu fa-
bricandis , ad hoc ut in rē tanti
momenti veritas elucescat , præ-
stare in eisdem Causis suum fa-
uorabile patrocinium .

Nec memoriæ gratiā vide-
tur omittendum , quòd Colle-

gium

154 CAPVT

gium semper studuit, nè peruetus mos proponendi per viam Commissionis loco supplicis libelli immutaretur; quarè cum die 13. Martii 1597. Clemens VIII. mandasset Collegio, vt in singulis Consistoriis publicis declamarent duo Aduocati unus ad offensam pro Fisco, alter ad defensam pro Reo, Collegium hoc auditio eidem supplicauit, & obtinuit, nihil de stylo, ac more antiquo innouari ut legitur in libro Camerarij fol. 2. à tergo.

39 Prout etiam * quòd Fiscus Apostolicus singulis Aduocatis proponentibus prò honorario soluit aureos decem ponderis, vt aiunt, veteris, quorum manda-